



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

Wion, Arnold

Venetiis, 1595

Filij Regum, Ordinis Militum Iesu Christi. cap. XCII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38372

æstimal centum aureorum millia : hoc inde, quod huic Ordini omnes provinciæ inuentæ tam in Africa, quam in Asia, & Brasilia, cum omnibus Insulis, atque Orientalis Indiæ, annexæ sint. Castrum Marinum primum Ordini Domicilium, inde Tonarium migratum. Frater Gillius, sine Ægidius Martinus, quondam Militum Auiforū, primus Ordinis Magister, & post eum alij.

Filij Regum, Ordinis Militum Iesu Christi.

Cap. XCII.



RATER Henricus, Ioannis Portugalliæ Regis filius, infans Lusitaniæ, Miles primum, deinde Magister Equitum Ordinis Iesu Christi, de Portugallo vulgo nuncupatorum, ampliandi Regni Paterni desiderio Africæ littora classibus lustrare cœpit, & in Atlantico mari nouas, & ab hominibus nunquã habitatas reperit Insulas, inter quas est ea, quæ vulgo de Madera nuncupatur, saccharo proferendo aptissima. In perpetua uirginitate permanens, obiit anno Christi millesimo quadringentesimo sexagesimo. Totius autem itineris sui librum composuit, qui procurate doctissimo viro Ioanne Ramusio, impressus est Venetijs, Sermone Italico, cum aliis rerum noui Orbis scriptoribus.

De Cosmo Mediceo, Magno Hethruriæ Duce Ordinis Militum S. Stephani Papæ, fundatore.

Cap. XCIII.



ANO Domini 1561. excitatus est nouus Militū Ordo a Magno Hethruriæ Duce Cosmo, sub Regula Diui P. Benedicti, habitu candido, & cruce Rubra, ob victoriam de inimicis suis partam die secundo Augusti Dino Stephano Papæ sacro, a quo nomen Religioni datū. Prima sedes in Insula Inuæ collocata, nunc Pisis habitant. Ordinem probauit, priuilegijsq; auxit Pius Papa IIII. cuius Ordinis Magister perpetuus est Dux Hethruriæ pro tempore, qui sexto loco inter Stellatos leuæ manus, habitu Monachi Cucullati, & Ducali corona redimiti conspicitur.

Magistri